



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola I. Clemens Papa VIII. Ivsto Baronio Veteracanstrensi. Dilecte Fili,  
Salutem & Apostolicam benedictionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)





IVSTI BARONII  
VETERACASTRENSIS  
EPISTOLARVM SA-  
CRARVM  
LIBER IV.

EPISTOLA I.

CLEMENS PAPA VIII.  
IVSTO BARONIO VETERA-  
castrensi.

*Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam  
benedictionem.*



EGIMVS non mediocri  
cum voluptate litteras  
tuas, superiori Decem-  
bri mente ad nos *Mo-  
guntia* datas, quibus te saluum & in-  
columem ad tuos ex vrbe peruenil-  
se scribis. <sup>a</sup> *Benedictus Deus*, <sup>b</sup> *diues in  
misericordia*, qui <sup>c</sup> Angelum suum, fi-  
delem comitem tecum misit, qui te  
felici itinere huc duxit, & illuc re-  
duxit. Illud autem gaudemus, quod  
tea-

<sup>a</sup> Ephes 1.3.  
<sup>b</sup> Eph. 2.4.  
<sup>c</sup> Tobia 5.  
15.



te adeò lætari animaduertimus,  
 quod *Romam* videris, arcem fidei,  
 domicilium religionis, ciuitatem  
 Sanctam, quam beatissimi Apосто-  
 lorum Principes, *Petrus & Paulus* suo  
 glorioso martyrio Deo consecrarunt,  
 & <sup>d</sup> cui *totam doctrinam cum sanguine*  
 tradiderunt, quorum tu sacra limi-  
 na piè veneratus es, illius gloriam a-  
 gnoscens, qui *mirabilis est in Sãctis su-*  
 is, & qui ad virtutem & victoriã cru-  
 cis indicandam, ad sepulchra pisca-  
 torum, & pellionum, Regum coro-  
 nas feliciter & magno eorum bono  
 p̄stravit. Delectati sumus hac tua læ-  
 titia, & quod iure optimo Deo gra-  
 tias agis, quod eius dono has anti-  
 quissimas, & religiosissimas Basilicas  
 obieris, & deuotè visitaueris, in qui-  
 bus tot millia fortissimorum Chri-  
 sti Martyrum quiescunt, qui fidei  
 Catholicæ veritatem, quam acce-  
 perant, vitæ & sanguinis sui profusi-  
 one comprobata, nobis tradide-  
 runt. Propterea autem delectamur,  
 V 4 quia

*d Tertull.  
 de Prescrip.  
 cap. 36.*

*e Psal. 67.  
 36.*



quia ex his, quæ scribis, perspiciamus, te vberem fructum ex Romana peregrinatione cepisse, & spiritum pietatis per Dei gratiam ex his sacris locis copiosius hausisse, qui piè & prudenter non tã vrbis magnificentia, & antiquitatis memoriã quã Dei providentiã & potentiã admiratus es, qui per Sanctam crucem suam mundũ redemit, & vicit, & *per infirma quæ elegit, fortia prostravit, & confudit.* Nam quod piè etiam commemoras, te ea recordatione gaudere, quod de manibus nostris diuina Sacrosãctę Eucharistię alimonia refectus, & à nobis èt in Lateranensi nostra Basilica salutari Confirmationis Sacramento, & signaculo fidei obsignatus fueris, nos quidem indignissimi dispensatores sumus *mysteriorum Dei*, sed tamen gaudium tuum gaudemus, propter salutem animæ tuę, qui vna es ex ouibus nostris, nobis à Deo commissis, & quia in te *diuitias bonitatis Dei* admiramur, qui te *ex tenebris eduxit*

1. Cor. 1.  
27.

1. Cor. 4. 1.

1. Rom. 2. 4.

1. Pet. 2. 9.



duxit in admirabile lumen suum, sic age  
 fili, conserva domum Dei, & ne eru-  
 bescas crucem Christi, qua in fronte  
 per manus nostras consignatus &  
 confirmatus es, sed narra omnibus,  
<sup>k</sup> *quanta fecerit tibi Deus, qui potens est.* *Luc. I. 49.*

At illud quidem nihil necesse erat  
 te scribere, aut nobis gratias agere,  
 quod te libenter viderimus, & ali-  
 quam amoris nostri significationē  
 erga te & tuos adhibuerimus, certē  
 valde ex animo id egimus, quia te a-  
 mamus, & gerimus in visceribus Ie-  
 su Christi, vna cum liberis tuis, quos  
 à te Catholicè & piè educari, vt scri-  
 bis, pergratum nobis est, illosq; pa-  
 terne benedicimus. Sed illud periu-  
 cundum, quod narras, te à Venera-  
 bili fratre nostro *Archiepiscopo & Ele-*  
*ctore Moguntino* inter consiliarios &  
 Assessores Consistorii sui tam beni-  
 gnè allectum & adnumeratum esse,  
 quo nomine insignem Antistitem  
 plurimum in Domino laudamus, e-  
 iusq; erga te beneficentiam nobis

V s gra-



gratissimam fuisse & esse testamur.  
 Ne dubites fili, <sup>1</sup> Dominus sollicitus est  
 tui, nec <sup>m</sup> iustum seruum suum derelin-  
 quet. Ipsum oramus, vt te sua cœlesti  
 gratia semper tueatur, & nos tibi A-  
 postolicam nostram benedictionē  
 amanter impartimur. Datum Ro-  
 mæ apud Sanctum Petrum sub an-  
 nulo Piscatoris, die XXIII. Ianuar.  
 M. DCIII. Pontificatus nostri An-  
 no vndecimo.

1 Psal. 39. 18.  
 in Psal. 36.  
 25.

*Siluius Antonianus Card.*

---

EPISTOLA II.

CINTHIUS ALDOBRANDI-  
 nus S. R. E. Cardina-  
 lis

IUSTO BARONIO VETERA-  
 castrensi S.

Ornatissime Domine.

**G**RATVLOR te ad tuos rediisse incolu-  
 mem, quod ex tuis litteris gratum fu-  
 it cognoscere. Lætum etiam illud, quod te  
 aded